Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

qui erat sub eo Cui aspen
dit ad eum sedentique i vertice
montis aut Homo dei Rex
precipit vt descendas Respondi
et helias dixit si quasi nauo
si ego homo dei sum descen
dat ignis de celo et deuoret
te et quinquagenta tuos Des
cendit ergo ignis de celo et
deuorauit eum et l. qui cum eo
erat Rursum misit ad eum pri
cipem quinquagenarium alterum
et l. cum eo Cui loquens ei illi
homo dei Hec dicit rex
festina descende Respondens
helias ait Si homo dei sum
descendat ignis de celo et
deuoret te et l. tuos Des
cendit ergo ignis de celo
et deuorauit illum et l. eius
Iterum misit principem quinquage
narium tertium et l. qui cum eo
erat Cui cum venisset genuit
genua contra heliam et precatus
est eum et ait Homo dei no
li despicere animam meam et animam
seruorum tuorum qui mecum sunt
Ecce ignis descendit de celo
et deuorauit duos principes
quinquagenarios priores et qui
quagena qui cum eo erant Sed
nunc obsecro vt miseratus de
me Locutus est autem angelus
dni ad heliam thesbite dicens
Descende cum eo ne timeas
Surrexit igitur et descendit
cum eo ad regem et locutus e
i Hec dicit dns Quia
misisti nuncios ad consulendum
beelzebub deum acharon qui
non esset deus in israel a quo
non potes interrogare sermone
Ideo de lectulo super quem ascen
disti non descendes sed morte
morieris Mortuus est ergo
iuxta sermonem quem locutus
est helias Et regnauit ioram
frater eius pro eo anno secundo
ioram filii iosaphat regis iude
non enim habebat filium Reliqua
autem verborum ochozie quecumque
fecit Nonne hec scripta sunt in
libro sermonum dierum regum
israel

Capitulum septimum

Factum est autem cum leua
re vellet dns helia
per turbinem in celum
ibant helias et heliseus de
galgalis Dixitque helias ad
heliseum Sede hic quia misit
me dns vsque bethel Cui
ait heliseus Viuit dns et
viuit anima tua quia non dere
linquam te Cumque descendissent
bethel Egressi sunt filii prophe
rum qui erant in bethel ad heliseum
et dixerunt ei Numquid nos
cit quia hodie dns auferet do
minum tuum a te Cui ait
Et ego noui Silete Dixit
autem helias ad heliseum Sede
hic quia dns misit me in iericho
Et ille ait Viuit dns et vi
uit anima tua quia non delinquam
te Cumque venisset iericho
Accesserunt filii prophe qui erat
in iericho ad heliseum et dixe
runt ei Numquid nosti quia
hodie dns tollet dominum tuum
a te Et ait Et ego noui
Silete Dixit autem helias
ei Sede hic quia dns misit
me ad iordanem Cui ait
Viuit dns et viuit anima tua
quia non delinquam te Perrexerunt
ambo pariter et l. viri de fi
liis prophe secuti sunt qui et
steterunt e contra a longe Illi